INNOCENTIUS III. PAPA · IOHANNES DE LIGNANO · MISCELLANEA
Salzburg (?), 2. Hälfte 15. Jh. Seite 75r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sacramento constringat &c
Iuramentum Synodale
Amodo in antea quicquid nosti
aut audisti aut postmodum
inquisiturus es quod contra dei
voluntatem et rectam xpianitatem
in ista parrochia factum sit a futu-
rum erit si in diebus tuis euenerit
tantum ut ad tuam cognitionem quo-
cumque modo peruenerit si scis a
tibi indicatum fuerit synodale cau-
sam esse et ad ministerium epi per-
tinere quod tu nec propter amorem
nec propter premium nec propter paren-
telam vllatenus teles epo a eius
missum cui hoc inquirere iussit quan-
documque te ex hoc interrogauit
Si te deus adiuuet et iste sctorum
reliquie. Iuramentum ceterorum
Istud sacramentum quod iste iurauit
de synodali causa quod tu istud ex te
ita seruabis inquantum sapis aut
audisti aut ab hac die in antea
inquisiturus es Sic te deus ad-
iuuet Allocucio post datum sacramentum
Videte fratres ut domino
reddatis iuramenta vestra
non enim homini iurastis sed deo crea-
tori vestro Hos autem qui eius mi-
nistri sumus non terrenam substanciam
vram concupiscimus sed salutem
animarum vrarum requirimus Caue-
te ne aliquid abscondatis et ex al-
terius peccato vra fiat clamacio
Prima interrogacio epi a eius missi
Est in hac parrochia
homicida qui hominem a spon-
tanea voluntate aut cupiditatis
aut rapacitatis causa aut casu
aut nolens aut coactus aut pro
vindicta parentum aut in bello
aut iussu domini aut proprium seruum
occiderit Alia interrogacio
Est aliquis patricida aut frici-
cida qui patrem matrem aut sororem
fratrem auunculum aut aliquem paren-
tum interfecerit Alia interrogacio
Est aliquis qui presbiterum aut dyaconum
aut aliquem clericorum occiderit vel aliquo
membro detruncauerit. Alia
Est aliquis vel aliqua qui vel que
infantem proprium oppresserit vel vesti-
mentorum pandere suffocauerit et si hoc
factum est ante baptismum aut post
baptismum si infans infirmatus
per negligenciam parentis absque bap-
tismo obierit. Alia interrogacio
Est aliquis vel aliqua qui vel que
alterius partum excusserit vel si ipsa
femina propria voluntate suum partum
vel conceptum excusserit et abortiuum
fecerit. Alia interrogacio
Est aliqua femina que in fornica-
cione concipiens timens ne manifestare
infantem proprium aut in aqua proiecerit
aut in terra occultauerit quod morbi
dicitur. Alia interrogacio
Est aliquis qui vxorem absque lege
aut certa probacione interfecerit. Alia
Est aliqua femina que virum suum
vel aliquem hominem per herbas venena-
tas vel mortiferas pociones inter-
fecerit aut alium hoc facere docuerit
Est aliquis vel aliqua qui hoc
fecerit vel alium facere docuerit ut vir
non possit generare a femina concipere
Est aliquis qui proprium seruum extra
iudicem occiderit Et aliqua femina
que ancillam propriam necauerit furore
zeli inflammata. Alia interrogacio
Est aliquis qui dyabolo impellente
semetipsum occiderit Alia interrogacio
Est aliquis qui in bello publico ho-
mines vulnerauit et nescit si de illo
vulnere aliquis perierit. Et si alicui
imputat quod hominem occiderit et ipse
hoc denegauit Alia interrogacio
Est aliquis qui in consilio fuerit

75